

dinis nitore irradiat absque ullo umbrarum naxo, & obfuscationis vicissitudine, ut à tenebrosa primæ culpæ feciditate omnino alicha extiterit.

25. Ecclcf. 1. Tertio, Ait Siracides Ecclesiast. 1. num. 9. Ipse creavit illam in Spiritu sancto, & vidit, & dinumeravit, & mensus est; quæ verba, licet magna pars Expositorum, de Filio Dei intelligant; Tamen Richardus de sanct. Lauren. lib. 2. de laudibus Mariae part. 5. D. Bernard. citand. & alii de B. Virgine interpretantur, eique magis convenit verbum creavit illam, nam filius Dei non est factus, nec creatus, sed genitus, ut habetur in Symbolo D. Athanasii, ex quo insurgit magna difficultas, quomodo dicitur de sanctissima Deipara: Ipse creavit illam in Spiritu sancto: Nam omnia dicuntur in filio Dei creata, quæ est sapientia aeterna, In principio creavit Deus caelum, & terram. Alia lectio habet: In filio creavit Deus Caelum, & terram; & de se ait Christus Dominus, Ioan. 8. numero 25. Principium, & qui loquor vobis. Et Apollolus ad Colossens. 1. num. 16. Omnia per ipsum, & in ipso creata sunt. Ut explicant D. Augustinus lib. 1. de Genesi ad litteram cap. 1. D. Ambros. D. Basil. homil. 1. Hexamer. & D. Thomas ibi in Ecclesiast. tanquam per Ideam, & causam exemplarem, in ipso, & per ipsum facta sunt omnia, cum filius sit sapientia Patris. Cum ergo virgo Maria non dicitur Creata in filio, ut de cæteris creaturis asseritur, In filio creavit caelum, & terram: sed aliter de ea habetur, Ipse creavit illam in Spiritu sancto. Nunquid in creatione Virginis filius cessit, & eam remisit Spiritui sancto? Absit: vel in ipsa virgine duæ creationes considerandæ sunt & maxime; eam cum cæteris creaturis in esse naturali creavit in filio, suo, secundum suam aeternam sapientiam, ut simul etiam crearet in Spiritu sancto ac gratia illius. Perpende verbum Vidit, & dinumeravit. In illo primo signo aeternitatis, in quo Deus decrevit creare omnia, simul vidit, quod sic eam creabat in esse naturali, ut futuram Matrem ipsius filii, & pro singularitate dignitatis singulariter eam creavit simul in Spiritu sancto, ut in primo instanti suæ creationis esset illius gratia plena, & inde ad tantum cumulûm meritorum, ut solus Deus sua infinita sapientia illa valeat agnoscere, & dinumerare. D. Bernard. Senens. rom. 2. serm. 3. cap. 1. ait: Tanta fuit perfectio virginis, ut soli Deo cognoscenda reservetur juxta illud Ecclesiast. 1. Ipsa creavit illam in Spiritu sancto, & vidit, dinumeravit, & mensus est. Ad hunc locum Ecclesiast. alludit Leo Imperator cogitamento sapiens, orat. 3. sic loquitur, Et quis conetur magnitudinem glorie tue metiri, ac si dicat, cum sit totius Omnipotentis opus, Cum Deipara loquitur.

Richard. D. Bernard.

Symbolum.

Genef. 1.

Alia lectio. Ioan. 8.

Colossens. 1. D. August. D. Ambros. D. Basil. D. Thom.

Maria tota creata est in gratia.

D. Bernard.

Leo imper.

26. Cantic. 6.

Malach. 4.

crimen inter solis, ac aliarum rerum creationem; nam alia res prius fuerunt creata: in sua substantia naturali, & postea assecuta sunt decoris formam, prius habuerunt substantiam, deinde formam: In principio creavit Deus caelum, et terram; postea vero decoris formam, eis data: Germinet terra herbam vi-ventem & facientem semen, & lignum pomiferum. Ibidem n. 11. similiter & quarta die, Fecit Deus duo luminaria magna, & stellas, & posuit eas in firmamento Cæli. Ibidem num. 16. At in creatione solis aliter se res habuit, prius creata fuit forma lucis, deinde ejus substantia: prima die dixit Deus fiat lux, & ex ipsa luce, quarta die fabricavit solare corpus, ut docent D. Basilus homil. 1. in Hexamer. D. Gregor. Nazianzen. Orat. 43. D. Gregor. Nyss. sen. D. Thom. Abulen. Cajetan. & alii Istam creationem solis diversam ab aliis perbelle notavit D. Gregor. Nazianz. citatos. Cum in Cæteris rebus Deus Materiam prius conderet, & deinde eam forma conveſtiret, hic ut majoris cu-justdam miraculi specimen daret, formam materia priorem protulit; forma enim solis lumen est, Ecce cur Virgo Maria dicitur electa ut sol, quia ejus electio ad gratiam valde diversa est ab electione aliorum, ut majoris cujustdam miraculi specimen daret. Homines alii prius fuerunt præordinati ad esse naturale, tanquam Adami filii, ac ejus feciditate infecti antequam gratia mundaretur. At Maria electa ut Sol prius fuit præordinata ad formam lucis gratiæ, quam ad suam naturalem substantiam. Nam in primo instanti Christus prædestinatus est, ut de tali muliere carnem sumeret, ac proinde ibi ipsa prædestina est tanta gratia, quanta ad tantam dignitatem requirebatur, & si, in ordine naturali, Deus fecit hoc mirabile, ut prius crearet lucem solis, quam ejus substantiam; Cur hoc denegandum electioni Martiris ejus, ut majoris cujustdam miraculi specimen daret. Sic ait Ioan. Apocal. 12. n. 1. Signum magnum apparuit in celo. Mulier amictiâ se. Græc.

Genef. 1.

D. D. Basil. D. Nazian. D. Nyssen. D. Thom. Abulen. Cajetan.

Deipara veluti prius ad gratiam, quam ad substantiam.

Apocal. 12. n. 1. Græc.

27.

Cantic. 7. D. Gregor. Cassiodor. Philo. Aponi. Anselm. Alcuin. Haymo. Cant. 5.

Quinto, Maxime celebratur de Sponsa, Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia principis. Cantic. 8. num. 1. Quæ verba sunt Sponsi ad Sponsam, ut tenent Divus Gregorius, Cassiodor. Philo Aponi, Anselmus, Alcuinus, Haymo, & alii, illud tamen observatione dignissimum est, quod dum sponsa laudes sui Sponsi intonat, à capite incipit Cantic. 5. n. 11. caput ejus aurum optimum, come ejus sicut elata palmarum, oculi ejus sicut columba, gene illius sicut arcole labia ejus lilia, manus ejus tornatiles, venter ejus eburneus, crura illius columba marmorea, &c. At verò præconia sponsæ à pedibus, ac primis gressibus inchoantur ab Sponso hoc cap. 7. Quam pulchri gressus tui: sanctura fermorum tuorum, sicut monilia. Umbilicus tuus crater tornatilis, Venter tuus sicut aceruus vitici, duo ubera tua, sicut duo hirculi; collum tuum sicut turris eburnea; natus tuus sicut turris libani; caput tuum, ut Carmelus

Suprema Deipara magnalia à sua conceptione.

lus. Si divina Sponsa maxime assimilatur cum suo cœlesti sponso, & maxime cum eo cohereret, cur tam diversimodè eorum corpora, eorumque membra describuntur, ut unus à capite, alius è contra, à pedibus, ac gressibus referatur; caput Christi Deus, Primi vero Deiparæ gressus in sua Conceptione, ac prima formatione habentur, & agnoscuntur. Suprema majestas Christi à capite hoc est ejus divinitate dimanat, ac exundat. At verò præclarissima Deiparæ magnalia à suis primis gressibus, à sua primâ formatione, seu conceptione; inde exurgunt, & sublevantur ex magna gratia, qua ex summa Dei liberalitate fuit plena. In calceamentis filia Principis. Vaticanus filia liberalis. Aquila excubitor filia sponte dantis D. Ambrosius in Psal. 118. Filia voluntatis, vel beneplaciti. Deipara enim excubitor filia summi Dei principis, valde liberalis in eam, ac sponte dantis, ut filia suæ voluntatis, ac beneplaciti, & inde tantum gratiæ abundantiam ei est largitus, quantum possibile est omni paræ creaturæ. D. Bernardus Senensis tom. 1. Sermon. 6. art. 8. cap. 10. ait. Tanta gratia Virgini à Domino data est quantum uni paræ Creaturæ dari possibile esse.

Vaticanus. Aquila. D. Ambros. Marie virginis sponte data gratia est, quantum beneplaciti. D. Bernard.

28.

Luc. 1.

Sapient. 11.

Beda.

Hugo. Richard. Deipara ex potentia absoluta præservata à peccato.

Sexto. In suo Cantico sic modulatur sanctissima Virgo Luc. 1. num. 28. Fecit mihi magna, qui potens est, & sanctum nomen ejus: & misericordia ejus à progenie in progenies imentibus eum. In præsentibus duo Dei attributa nobis proponit sacratissima Deipara, potentiam scilicet, & misericordiam, magno tamen discrimine, nam potentiam dicit declaratam, ac exhibitam erga se, fecit mihi magna qui potens est; misericordiam verò erga alios manifestatam; Et misericordia ejus à progenie in progenies. Hæc contrapositio non videtur apte aposita; nam Deus dum miseretur etiam suam potentiam manifestat, ut dicitur Sapient. 11. n. 24. Misereris omnium, quia omnia potes. Pro hujus rei apta intelligentia; subponendum, quod Theologi duplicem Dei potentiam agnoscunt, unam ordinariam, aliam absolutam; ordinaria est illa, qua secundum communes leges operatur; absoluta verò, qua transcendit commonem rerum naturalium consensum, etsi in aliis hominibus dum miseretur potentia ordinaria se exhibeat, in se tamen Virgo decantat potentiam absolutam operatricem, Fecit mihi magna qui potens est, in suis nempe donis specialibus, ut perbelle notavit Beda in præsentibus loco, & ait: A specialibus se donis ad generalia judicium convertens totius humani generis statum describit dicens & misericordia ejus, &c. In aliis Virgo celebrat potentiam ordinariam, dum in gratiarum infusione miseretur, in se verò decantat potentiam absolutam in suis donis specialibus, supra omnem communem legem, quæ specialia dona Cardinalis Hugo, & Richardus de sancto Laurentio lib. 11 non solum intelligunt de gratia, ad Dei Maternitatem, sed etiam ad alia specialia dona, ut de præservatione à peccato originali in sua conceptione, non vero de sanctificatione; nam hæc etiam communis fuit Hieremiæ, ac Joanni Baptiste, eigo specialia dona sunt, dum ab originali macula præservatur.

QUESTIO XI.

Sanctissima Virgo maxime Dei potentia custodita ab omni peccato originali.

At Regius Vates Psal. 70. n. 17. Quoniam non cognovi litteraturam, introibo in potentias Domini; Domine memorabor justitiae tuae solius. Seu ut legit Angellus. Misericordiae tuae solius. Ac si dicat, quia non arguitis, Sylogismis litteratorum, ac Philosophorum, sed magnitudine tuæ gratiæ, ac misericordiae tuæ, inde ad aliquid investigandum de mirabilibus tuæ potentiae possum elevari; nam ut ait D. Augustinus in dicto Psalmo. Homines de litteratura præsumentes, & à gratia resilientes toto corde reprobari, Nos vero de divina gratia confisi aliquid de Dei potentia in tanto mysterio consideremus.

29. Psal. 70.

Non ex litteratura, sed ex Dei gratia ejus potentia consideranda. D. August.

Primo. Inter magnifica Salomonis opera describitur ejus thronus, Reg. cap. 10. num. 19. & dicitur: Fecit Rex Salomon thronum de ebore grandem, & vestivit eum auro fulvido nimis, & duo leones stabant juxta manus singulas. Valdè notum est in scriptura per thronum Salomonis sanctissimam Virginem adumbrari; Thronus ejus sicut dies caeli, & thronus iste ex nulla alia materia fabricatur, nisi ex ebore; quod ob sui candorem, eximiam puritatem adambat, & cum ex carne, & sanguine animalis nascatur, omnino carnis, & sanguinis expertus est; sic purissima, ac candidissima Deipara cum conciperetur ex carne, & sanguine humano; totaliter prodit aliena ab omni commercio, ac feciditate carnis, & sanguinis humani.

30. Reg. 10.

Deipara aliena ab omni macula carnis & sanguinis.

Illud maxime in præsentibus norandum, quod duo leones stabant juxta manus singulas. Et cur duo leones adjunguntur illis manibus tenentibus sedile. Jacob. Gen. 49. in Juda filio annuntians Christum dicebat, Catalus leonis juda. In quo catulo; & leone sapienter agnoscat ibi D. Ambros. duos nobilissimos leones, nimirum Deum Patrem, & Filium ejus. Sicur, & per aurum fulvidum reclinatorium aureum, Cantic. 3. D. Gregor. & Cassiodor. interpretantur dona Spiritus sancti. Cur ergo ad custodiendum hunc thronum Salomonis omnes tres personæ divinæ conveniant, & astant; unus Cherubim collocatur ad custodiendum paradisum Gen. 3. num. 24. unus Angelus deputatur ad ducendum, & custodiendum populum per desertum Exod. 12. num. 34. Unus Exod. 31. Seraphim volans labia Isaie purificavit, c. 6. Isa. 6. num. 6. & unicuique homini, ac cuilibet regno ad custodiam unus assignatur Angelus: ad defensionem throni Salomonis tres divinæ personæ proponuntur. Unde tanta diversitas, ac differentia; Seraphim custodit paradisum, post perpetratum primi hominis peccatum; in eo Angelus post adoratum vitulum à populo ei præcedit; Seraphim purificat labia Isaie, quæ antea polluta erant; & Angeli suscipiunt hominum tutelam, cum jam sint infecti venenoso serpentis halitu. At ut superius

31.

Gen. 49.

D. Ambros.

D. Gregor. Cassiodor.

Gen. 3.

Exod. 31.

Isa. 6.

præmi

Deipara à tota Trinitate custodita.

32. Cantic. 4.

Nicomedi.

Arabic. In Deipara nec peccatum originale, nec actuale.

Sophronius.

D. Damasc.

Munita sigillo Trinitatis.

33. Cantic. 2.

Hebraeus.

Hierem. 9.

Septuaginta

Cornel.

premi Regis Marianus thronus, absque ulla levissima peccati macula illi barus, ac purissimus seruetur, in hoc negotio, sic excubant tres divinae personae, at nec Seraphim, nec Cherubim, nec Angelis hoc committatur, sed ipsae tres divinae personae undequaque illum protegent, tuentur, ac muniant tanquam suo divino sigillo, maxime in huius rei confirmationem.

Secundò, suam virginem sponsam alloquitur divinus sponsus. Cantic. 4. num. 12. Hortus conclusus, soror mea sponsa hortus conclusus, fons signatus. Ad quae verba sic ait Gregorius Nicomedienensis serm. 5. & maxime ad Mariam immaculatam Conceptionem: Vere illum signatum fontem dixerim, ex quo manant purissimi latices, in quo turbidi luti nulle sunt deprehensa reliquiae. Videtur facere allusionem ad Adamum de limo terrae formatum, ac proinde, quamvis ex natura sit virgo ejus filia, tamen ex ejus limo, ac turbido, & fetoso luto, nullum lualorem generatione contraxit. Turbidi luti nulle sunt deprehensa reliquiae. Et inde omnium virtutum purissimi latices manarunt. Perpende verba Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus, seu ut legit Arabicus sigillatus; dicitur soror, & sponsa Christi, cum his dicitur hortus conclusus, in eo exitit soror, & sponsa Christi quia fuit hortus conclusus, peccato originali, & actuali: & inde fons signatus, seu sigillatus sigillo sanctissimae Trinitatis; ut scribit Sophronius sermone de Assumptione Deiparae, & ait, Vere hortus deliciarum, in quo consistunt universa florum genera, & odora menta virtutum, sique conclusus, ut nesciat violari, neque corrumpi, ullis insidiarum frandibus, fons itaque signatus sigillo totius Trinitatis, ex quo fons vita manavit Sic Deipara est hortus conclusus, ut nesciat violari, neque corrumpi, ullis insidiarum frandibus. Quod praeclare dixit D. Damascen. Orat. 2. de Assumptione. Ad hunc paradisum serpens aditum non habuit. Cujus rei rationem videtur innuere Sophronius, cum dicit signatum sigillo totius Trinitatis; & quod tanto sigillo est obgnatum, quis illud violare audeat?

Tertiò De suo dilectissimo Sponso loquitur sanctissima Deipara, Cantic. 2. num. 8. Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles, quod indicat magnam celeritatem veniendi, quod vivacius explicat Tex. Hebraeus; Ecce iste venit contrahens se super colles. Qui fortiter, ac velocissime salire volunt, membra, & vires contrahunt, ut validius, ac pernicius saliant, & currant, sed ad quid tam accelerata velocitas. Subdit text. En ipse stat post parietem nostrum respiciens per fenestras prospiciens per cancellos. Tam praepropere venit, est commune cogitatu ut Conceptioni Deiparae adit; nam ait Hieremias. Ascendit mors per fenestras. Hieremi. 9. num. 21. Inde tam velociter currit saliens per montes, & colles, ut praecipitans fenestras, & vigilans per eas; ne peccati mors ingrediarur ad sponsam, tamen quid sublimius cogito in illo; quod additur, Prospiciens per cancellos. Septuaginta, & multi Patres legunt Prospiciens per resia, hoc est, explicat Cornelius per fenestras reticularas. Solent pervigiles custodes tritici, in fenestris

ponere retia, ne minima avicula valeant ingredi ut triticum comedant, & aliquam inferant laesionem, hac metaphora explicat Divinus Spiritus supremam suam providentiam erga Virginem Mariam, quam tanis gratiis, & privilegiis ex omni parte tanquam reticulis communit; ita ut nulla avis infernalis, ex multis, quae per aërem grassantur, ac cursitant, & multos multa clade opprimunt, nulla tamen potuit Mariam etiam levissime attingere, vel parvissimo mortu offendere, & ejus gratiae granum minuere, vel impedire. Catechena trium Patrum apud Ghislerium in Appendice, sic ait: Instar retium multo virtutum complicatarum contextu, fenestras communitas dicit; Hoc est ex aëris spiritibus nullus furim ingrediatur, atque reconditum divinae disciplinae semen corrumpat. Quartò, De suprema, & alta Dei providentia loquens Regius vates 1. sal. 77. num. 69. ait: Aedificavit sicut unicornium sanctificium suum in terra quam fundavit in saecula. Seu ut alii legunt in aeternum, ut Graecus. Valde rara, & admirabilis onus rei cum altera comparatio, nam ubi nos habemus sanctificium legit Arabicus sanctuarium. Cur non potius adducit in comparationem leonem ob suam fortitudinem, ad vigilantem custodiam, vel Aquilam ad solem contemplandum, sed unicornium proponit; Absque dobio magnum mysterium hic latet Unicornium, ut de eo scribit Plinius lib. 20. cap. 13, & plura Pierius, ejus cornu multam vim, ac efficaciam habet ad depulsandum omne venenum, upde tali litera frequenter depingitur venena pello, tantam contraxerat, tantamque virtutem natura in ejus cornu indidit, ac occultavit, ut quidquid attingit, quamvis sit veneno infectum, statim venenum deperditur, & in saliferum transmutatur, tali ergo virtute Deus templum, sanctificium, seu sanctuarium suum construxit, ac aedificavit: Restat modo inquirere, quodnam sit hoc sanctificium, seu sanctuarium? Aliqui de templo Salomonico sunt interpretati, tamen videtur repugnare cum littera, dum dicit, fundavit in saecula, seu in aeternum. Templum autem Salomonicum, omnino fuit destructum, ac de vastatum. Alii, ut D. Basilius, D. Chrysolom, Noster Incongnitus, Cassiodorus, & plures de Ecclesia militante in terris exponunt. Praeclare tamen D. Bonaventura in speculo cap. 23. totum locum de sanctissima Deipara intelligit, & ait Mariam sanctuarium sibi construxit Deus ut unicornium. Sicut enim hoc animal à primæva sua natura; à suaque prima formatione talem habet virtutem, ut nullum venenum nec in se, nec in his, quae tangit, admitat, sed illud omnino valeat propellere, destruere, ac dissipare; sic Deus suum sanctuarium Mariam aedificavit ut à sua primæva natura ac sua prima formatione ejus divinae gratiae virtute, nullo peccati veneno inficeretur; sed illud totaliter à se reiceret, ac excluderet. Sic ait Symon Metaph. serm. de B. Virg. Omnia mortifera damnationis venena depello. Ut ita fieret condignum Omnipotentis Dei templum, nobisque omnibus saliferum sanctuarium.

Quinto, Loquens sanctissima virgo de eterno decreto, quod Deus praedestinavit venire ad illam, ut carnem sumeret, ait. Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles, hoc est, ut exponunt Origenes, Philo, Carpatrius, transcendens omnes Prophetas, & Patriarchas, Angelos, & Archangelos; unde ipsa purissima Virgo de se ait: Ante omnes colles ego parvuriebatur Ecclesiastic. 24. Et quomodo ipse dilectus sponsus ad se veniat, statim explicat. Similis est dilectus meus caprea, hinnuloque cervorum. Cantic. 2. n. 9. & cur Deipara suum advenientem sponsum cum his animalibus comparat; Ratio est in promptu, quia inter omnia animalia sunt velocissima; unde apud Antiquos pro velocitate denotanda, talia animalia depingebantur; tamen aliqui sublimius communitur excogitant in praesenti interpretes, Ioannes Carmelita, Ludovicus Soro, Major, Ghislerius, Cornelius, & alii ex Theodoro, D. Bernard. serm. 53. Caprea acutissimo visu pollet, & valde remota ac longinqua videt, & penetrat. Unde à videndo dicitur apud Graecos Dorcas; cervi verò hoc sibi ipsis proprium vendicant, ut halitu suo serpentes è carvenis extrahant, eosque interficiant, & vorant, Origenes homil. 2. ex duobus sic ait; Salvator meus Dorcas vocatur in contemplatione, quia acutius videt; cervus iuxta opera, quibus interficit serpentes. Ecce valde sublimis explicator adventus divini Verbi ad Virginem Mariam, saliens super montes transiliens colles Propetarum, & Angelorum, veniens tanquam caprea acutissimo visu à longinquo, seu ab aeternitate penetrans, & videns omnes insidias, & machinationes Adversarii & tanquam hinnulus cervorum halitu suae divinae gratiae, ipsum peremit, ac interfecit, ut nec parvam laesionem, nec minimum mortuum posset inferre, ut in omnibus ab illo Maria Virgo intacta permaneret; unde sic ait Origenes citatus. Christus cum ad Mariam Virginem venit, Salit quatenus sit in ea fons aquae salientis in vitam aeternam.

Sextò, Loquens David de adventu filii Dei in mundum ait Psalm. 71. num. 6. Descendet sicut pluvia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram. Venit imber divinus Filius Patris ad uterum Mariae Virginis, ut pluvia super terram, Et cur Deipara in suscipiendo Dei filio terrae comparatur? Cur non alio nomine dicitur? Ex multis, quibus decantatur ut Eletha ut Sol, psalbra ut Luna Aurora consurgens, Domina caeli, Regina Angelorum, &c. Sed tantum terra nuncupatur, quod est quid vile, & abjectum, Praeclare D. Anadæus homil. 3. de lae libus Mariae, Praefata terra eandem Virginem demonstrat, terra nomine appellatam, propter quandam similitudinem. Sicut enim vetus Adam de terra incorrupta, nullum passa contagium formatus est; sic terris terra Virgo novum Adam procreavit. Cum Prophetia facit mentionem de adventu filii Dei in uterum Virginis, nullo alio nomine utitur, nisi terrae allusionem faciens ad terram, de qua Adamus fuit formatus. Terra illa, de qua primus Adamus sumptus est, omni paritate fulgebat, totius expertis contagii, à fortiori eandem, inde à majorem puritatem, excellentior novus Adamus Christus requisivit in matre, de qua nascebatur, ut nullum origi-

nalis maculae haberet contagium Sicut enim vetus Adam de terra incorrupta, nullumque passa contagium formatus est; sic terris terra Virgo novum Adam procreavit.

nalibus infectis peccato originali; ut ab illo munderi

D. Spiritus communitur virginem; ne avis infernalis ei nocent.

Catechena Patrum.

34. Psal. 77.

Graecus.

Arabic.

Plinius. Picinus.

D. Basilius. D. Chrysolom. Incognitus. Cassiodor. D. Bonavent.

Deipara in sua prima formatione sine peccati veneno.

35.

Origenes. Carp. Philo.

Eccles. 24.

Cantic. 2.

Carmelita. Soro. Ghisler. Theodor. D. Bern.

Origenes.

Deus alio praevidit, ne Virgo Maria traderetur à Diabolo.

36. Psal. 71.

Amad.

Adamus ex pura terra formatur inde & à fortiori Christi.

eterno decreto, quod Deus praedestinavit venire ad illam, ut carnem sumeret, ait. Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles, hoc est, ut exponunt Origenes, Philo, Carpatrius, transcendens omnes Prophetas, & Patriarchas, Angelos, & Archangelos; unde ipsa purissima Virgo de se ait: Ante omnes colles ego parvuriebatur Ecclesiastic. 24. Et quomodo ipse dilectus sponsus ad se veniat, statim explicat. Similis est dilectus meus caprea, hinnuloque cervorum. Cantic. 2. n. 9. & cur Deipara suum advenientem sponsum cum his animalibus comparat; Ratio est in promptu, quia inter omnia animalia sunt velocissima; unde apud Antiquos pro velocitate denotanda, talia animalia depingebantur; tamen aliqui sublimius communitur excogitant in praesenti interpretes, Ioannes Carmelita, Ludovicus Soro, Major, Ghislerius, Cornelius, & alii ex Theodoro, D. Bernard. serm. 53. Caprea acutissimo visu pollet, & valde remota ac longinqua videt, & penetrat. Unde à videndo dicitur apud Graecos Dorcas; cervi verò hoc sibi ipsis proprium vendicant, ut halitu suo serpentes è carvenis extrahant, eosque interficiant, & vorant, Origenes homil. 2. ex duobus sic ait; Salvator meus Dorcas vocatur in contemplatione, quia acutius videt; cervus iuxta opera, quibus interficit serpentes. Ecce valde sublimis explicator adventus divini Verbi ad Virginem Mariam, saliens super montes transiliens colles Propetarum, & Angelorum, veniens tanquam caprea acutissimo visu à longinquo, seu ab aeternitate penetrans, & videns omnes insidias, & machinationes Adversarii & tanquam hinnulus cervorum halitu suae divinae gratiae, ipsum peremit, ac interfecit, ut nec parvam laesionem, nec minimum mortuum posset inferre, ut in omnibus ab illo Maria Virgo intacta permaneret; unde sic ait Origenes citatus. Christus cum ad Mariam Virginem venit, Salit quatenus sit in ea fons aquae salientis in vitam aeternam.

nalibus infectis peccato originali; ut ab illo munderi

QUESTIO VII.

Sanctissima Maria in primo instanti sua Immaculatae Conceptionis, magne gratia fuit communita, ut nullam maculam peccati Originalis contraberet.

PRIMO, praeclare D. Bernardus loquens de Sanctiss. Deipara serm. 2. super Missus est, de ea sic scribit. Procul, & de ultimis finibus pretium ejus hoc est non vile, non parvum, non mediocre, non denique de terra, sed de caelo; nec de caelo proximo terris pretium huius mulieris, sed à summo caelo egresso ejus. Psalm. 118. numero 7. Primus egressus Mariae dicitur de caelo, & non de quolibet caelo, sed à summo caelo; hoc est Empyreum, in quo ut ait Joannes in sua Apocalypsi 21. num. 27. Nichil est coinquinatum. Primus egressus Mariae extitit in sua Conceptione, atqui cum iste egressus sit à summo caelo, in quo nihil est coinquinatum, nil maculae potuit secum importare, sed omne defectuosum excludere, & secum omne purum, & sanctum importare: cum egredietur à summo caelo, in quo viget, & floret omnis puritas, & sanctitas.

Secundò, ait Joannes in sua Apocalypsi, cap. 21. n. 2. Vidi civitatem Sanctam Hierusalem novam descendentem de caelo, à Deo paratam, sicut sponsam ornata viro suo Per hanc Civitatem graves Patres intelligunt Sanctissimam Virginem Mariam, ut retuli rom. 1. in Apocalypsi citato cap. 21. quæst. 3. n. 32. Ipsa enim est Civitas Regis Magni. Psalm. 47. num. 3. Et sicut letantium omnium habitatio est in te. Psalm. 86. num. 7. Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus. Psalm. 45. n. 5. tamen insurgit difficultas, quomodo dicitur descendentem de caelo; solus enim Christus descendit de caelo, Ioan. 3. n. 13. Deipara autem in terris progenita, & nata est, ut Adami filia; quomodo ergo descendentem de caelo. D. Augustinus lib. 20. de Civitate, cap. 17. De caelo descendere civitas ista dicitur, quia caelestis est gratia, qua Deus illam fecit. Verum est, quod Deipara cum humana natura in terris prodit, tamen caelesti gratia formata, ac donata est. Quia caelestis est gratia, qua Deus illam fecit. Ex hoc tamen gravior suboritur difficultas. Nam ait D. Augustinus quod Deus illam fecit sua gratia, sed inquit caelestis gratia; nam ejusdem naturae, ac speciei est gratia; quæ in caelo justificat Sanctos, ac illa, quæ in terra mundat homines, ac delet eorum peccata; ex quo vide ut bene inferri superfluum esse verbum, Caelestis; tamen non exabundat verbum; sed alta consideratione positum est. Quamvis enim gratia una sit in sua essentia, & eadem secundum suos effectus; tamen hanc divinitatem admittit, quod in terra datur hominibus infectis peccato originali; ut ab illo munderi

37. D. Bern.

Psalm. 118.

Apoc. 21. Deipara in sua conceptione egressa est à summo caelo.

38. Apoc. 21.

Psalm. 47.

Psalm. 86.

Psalm. 45.

D. August.